



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

45

ЗАМѢТКА
С 1 2 М 2 1 2 П 1 1



RECTOR ACADEMIÆ L I P S I E N S I S.

Praestandum est die hodierno, more institutoq; Christiano, pium officium humanæ συμπαθείας & luctus communis, Amplissimo Prudentissimoq; viro, Dn. CASPARO VVERNERO, hujus Urbis Senatori atque Aedili seniori meritoissimo; cujus charissima, dum esset in vivis, & dilectissima conjunx, MARGARETHA, post decursum vitæ hujus ærumnosæ spacium, die abhinc quinto, in vera constantiq; fide & agnitione Dei, ejusq; invocatione ardenti, ex calamitoso hoc orbe terreno decessit; atq; ita suo etiam exemplo confirmavit D. Apostoli sententiam; *ὅτι δὸν ἄρα τοῖς ἀδελφείοις, ἀπὸ ἀποθανεῖν; quod si atitum cunctis hominibus sit, ut semel moriantur.* Quâ lege perpetuâ & immutabili, ut & exemplis ante oculos quotidie nobis obversantibus, commonemur omnes; ut cogitemus assidue, *vitam hanc mortalem non mancipio nobis, sed usui datam esse*, quamdiu illi æterno Autori & Domino vitæ libeat; atq; ut ab hac terrenâ peregrinatione laboriosâ & difficili, ad civitatem illam æternam, quæ in cælo nobis parata est, totis nos animis, omni vitæ tempore, convertamus. Hæc enim est vera illa meditatio τῆς ἀθανάσιος, & migrationis ex vita hac mortali beatæ; ad quam verbum Dei sacrosanctum nos passim adhortatur; & per quam pii sanctiq; homines, omnibus temporibus, ita se præpararunt ad fatalem illum ex hoc orbe transitum, ut non modò nihil reformidarent imaginem mortis, tametsi aspectu primo truculentam & terribilem, sed eandem quoq; omni desiderio expetiverint; quod certò scirent ex divini verbi patefactione, τὸν θάνατον τῆς ἀθανάσιος δεχθῶν, id est, *Mortem immortalitatis initium esse*; quemadmodum verè & piè dictum est à Maximo Tyrio. Istâ igitur indubitata spe vitæ illius sempiternæ & immortalis, prædicta etiam Matrona honoratissima, piè jam in Christo defuncta, excessit ex hoc fragili corporis ergastulo; atq; ita ex terrenis hisce miseris & ærumnis ad cælestis regni gaudia sempiterna, piâ placidâq; morte, penetravit. Huic jam exequiæ decet, more Christiano, faciendæ sunt; & propterea paucis hoc loco perstringenda, quæ ad ortum & vitæ curriculum matronæ honestissimæ pertinent; ut & memoria piè defunctæ honorifica (quemadmodum pietate suâ ac virtute meruit) post fata conservetur; & nostro quoque loco, significatio qualiscunq; piæ ac Christianæ affectionis, Amplissimo Viro, marito superstiti, toti que familiæ honoratissimæ declaratur. Edita fuit in hanc lucem piè demortua (ut accepimus) anno Christi M. D. LXXVII. die quinto M. Julii, ex familiâ hujus Urbis apprime honoratâ & celebri. Patrem habuit, τὸν ἐν ἀγίοις, Virum quondam Prudentissimum & Integerrimum, Dn. GREGORIUM Volckmar / Reipubl. Lipsiensis Senatorem & Mercatorem præcipuum: avum verò paternum Dn. NICOLAUM VOLCKMARUM, Urbis hujus, superiori tempore, consulem; laudatissimæ & ipsum memoriæ virum, deq; Urbanâ Republ. suo tempore, meritoissimum. Ex quâ familiâ honoratissimâ superest etiamnum hodie, frater piè defunctæ matronæ, Vir Amplissimus ac Consul-tissimus, Dn. HENRICUS Volckmar / Juris Utriusq; Doctor, Electoralis Dicastrii Ecclesiastici Assessor, & Curia Elect. Supremæ, in hac Urbe, Advocatus spectatissimus. Mater piè defunctæ fuit, CATHARINA, Viri itidem Honoratissimi & Prudentissimi, Dn. NICOLAI Ruffners / quondam etiam Senatoris in hac Urbe, & Mercatoris primarii, filia; scæmina similiter honestissima, & tum laude pietatis, tum aliarum virtutum multebrium ornamentis, inter Lipsiensis Matronas, apprime conspicua. Hi Parentes filiam, in Christo jam quiescentem, in verâ pietatis & earum virtutum, quæ sexum muliebrem ornare in primis solent, exercitiis atque studio diligentissimè educarunt; donec anno ætatis XVIII. Christi verò M. D. XCIV. die 19. Mens. Augusti, per nuptias solennes, in matrimonium collocata fuit prænominato Vi-ro Honoratissimo, id temporis Jurium Candidato, quem nunc funeris sui Spectatorem post se reliquit mæstissimum. Cum hoc vixit in sum-mâ animorum conjunctione ac vitâ conjugali suavissimâ, annos totos XXIV. & Menses fermè 4. Et in isto conjugio 7. Liberos ma-ter facta est, nempe filiorum quatuor, & trium filiarum; ex quibus filii quidem omnes, & duæ insuper filia, ætate adhuc tenerâ, decesserunt ex vitâ; Una autem filia adhuc superstes est, Avia maternæ cognominis, CATHARINA; quam Parentes, in religiosâ pietatis studio honestis-simè educatam, Anno Christi M. DC. XII. in matrimonium dederunt, Amplissimo ac Consultissimo Viro, Dn. PAULO HELFRICHO JCO. id temporis Serenissimi Electoris Saxonia, Tutorio nomine, Altenburgi Consiliario Aulico. Ex quo filia conjugio jam sedecenni, svavi & tranquillo, Nepotes tres, & Neptes quinque, divinâ benedictione, superstes adhuc omnes, & in decus atq; ornamentum Patrii & avi no-minis cum laude crescentes, non sine singulari voluptate, piè defuncta hætenus aspexit. Quia autem defunctis Parentibus, nostra in Christo μακαρίτις, duas adhuc Sorores habuit, nondum elocatas; & insuper fratris germani, Dn. NICOLAI VOLCKMARI, Negotiatoris quoque in hac Urbe quondam præcipui (quem unâ cum uxore, præmatura mors, in ipso quasi flore ætatis, sustulerat) quatuor filias orphanas; hæc omnes Matrona optima ad se receptas, non minùs ac filiam suam, materno affectu sollicitè curavit, pieq; & honestissimè educavit; donec omnes illæ, Viris in hac Academiâ & Urbe primariis, singulari providentiâ divinâ, elocatae sunt. Quod ad reliquam ipsius vitam attinet, eluxe-runt in honestissima matrona defuncta præcipuæ virtutes illæ, quæ bonam Matrem familiâs maximè ornant ac commendant. Nam & Deum religiosè toto vitæ tempore coluit; & verbum ejus sacrosanctum, & verè vivificum, quoad valetudo permisit, assidue atque attentè, in publica congregatione Ecclesiæ, audivit; ad sanctissimæ cœnæ Dominicæ communionem accessit frequenter; horas etiam precum publicarum ordi-narias diligentissimè frequentavit; domi denique sacrarum lectionum, cantionum & precum exercitia, cum suis, perpetua habuit. In re fami-liari & domesticâ curandâ, apprime gnavam, solertem atque industriam sese præbuit, ac verè οἰκονομῶν; secundum D. Apostoli præceptum ad Titum; operamq; dedit, ut liberos quoque filia, quos secum majori ex parte habuit, ad religiosâ pietatis amorem & virtutis studium, quantum in ipsa esset, similiter ab ineunte ætate assuefaceret. Cæteris verò cum virtutibus conjunxit in primis singularem beneficentiam i in egenos ac pauperes; quibus pro ratione suarum facultatum deesse nunquam voluit. Libenter etiam ac promtè inservivit quibuscunq; aliis, quibus operâ suâ se prodesse posse existimavit. Nec dubium est, Matronæ optimæ obitum deploratum iri à multis, qui opem ipsius & officia, pluribus in rebus, experti hætenus fuere. Morbus, quo est extincta ἡ μακαρίτις, diuturnus fuit. Multis enim retrò annis conflictari adversâ va-letudine cœpit; cum initio quodam affectu Pedis, ab Anno 614. graviter multo tempore laboraret; & deinde, malo hoc sopito, in gravio rem morbum incideret, ἀμφοτέρωσιν toto sexennio, non sine ingenti virium jaçturâ & vitæ periculo; ab Anno scil. 618. usque ad annum 624. Sed cum ab hoc quoque affectu liberata demùm esset; non multò post, novo morbi genere affligi vehementer cœpit; tuberculo ad dextram mam-mam enato, quod sensim ita crevit, frustrâ laborante Peritissimorum Medicorum industriâ, ut demùm in carcinoma, gravissimum morbi ge-nus, degeneraret; quo non solùm excitati in affecta parte dolores acerrimi, sed & vires corporis sic paulatim attenuatae & exhaustæ fuerunt, tri-bus præsertim hisce Mensibus postremis, ut natura tandem enervata penitus succubuerit. In quo tamen afflictissimo valetudinis statu, & dolorum incurfu gravissimorum, mirâ patientiâ pietatem suam, & fiduciam in Christum, cælestem Medicum & Mediatorem unicum, con-stantissimè declaravit; & ex hac mortali & ærumnosâ vitâ beatam ἀνάλωσιν ardentibus subindè votis expetivit: Quam tandem à Deo feliciter impetravit, die ab hinc quinto, post octavam horam vespertinam; consopita inter pias preces & suspiria ardentissima ad Christum Mediato-rem, placidissimè; cum paucis ante diebus sacerrimo viatico corporis ac sanguinis Christi, ad exitum ex hac vitâ beatum, se præparasset: Anno ætatis suæ tertio & quinquagesimo. Quoniam verò die hodierno, mox post horam I. pomeridianam, usitatis funerum ceremoniis, cor-pus exanime ad sepulturam efferetur; mandamus universis & singulis, Jurisdictionem nostram agnoscentibus, ut eo tempore ad ædes Viri Amplissimi, Mariti superstitis, in foro sitas, frequentes conveniant, & funus hoc piè nobiscum & religiosè prosequantur. Quâ in re fa-ciet unusquisq; id, quod Christiana charitas & ordinis nostri decus postulat. Neq; dubium est, qualemcunq; hanc studii nostri declaratio-nem, Marito piè defunctæ mæstissimo, & toti familiæ honoratissimæ fore gratissimam. PP. die 16. M. Dec. An. Christi M. DC. XXIX.

L I P S I Æ, Typis exscribent GR E G O R I U S Ritsch.

BECKLOB VCVDEWIE

1100

112911

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, with significant fading and some ink bleed-through from the reverse side. The text is arranged in several lines across the page.





RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



in peregrinationem
vertamus. Hac
palsim adhortati
modò nihil refor-
quod certò sciret
verè & piè dictum
piè jam in Christo
piterna, pià placida,
da, quæ ad ortum
virtute meruit) p-

Ræstandum est die hodierno, more institutoq; Christiano, pium officium humanæ *εὐπραβείας* & luctus communis, Amplissimo Prudentissimoq; viro, Dn. CASPARO VVERNERO, hujus Urbis Senatori atque Edili seniori meritisimo; cujus charissima, dum esset in vivis, & dilectissima conjunx, MARGARETHA, post decursum vitæ hujus ærumnosæ spacium, die abhinc quinto, in vera constantiq; fide & agnitione Dei, ejusq; invocatione ardenti, ex calamitose hoc orbe terreno decessit; atq; ita suo etiam exemplo confirmavit D. Apostoli sententiam; *ὅτι δυνάστηται τοῖς ἀσθενήτοις, ἀτὰρ ἂν ἀποθάνῃν; quod stantum cunctis hominibus sit, ut semel moriantur.* Quæ lege perpetuâ & immutabili, ut & exemplis ante oculos quotidie nobis obversantibus, commonemur omnes; ut cogitemus assidue, *vitam banc*

cat; atq; ut ab hac terreni vitæ tempore, con-
m Dei sacrosanctum nos
corbe transitum, ut non
i desiderio expetiverint;
m esse; quem admodum
Matrona honoratissima,
plestis regni gaudia sem-
is hoc loco perfringen-
admodum pietate suâ ac
Amplissimo Viro, marito



Edita fuit in hanc lucem piè demortua (ut accepimus) anno Christi M. D. L. XLVII. Integerrimum, Dn. GREGORIUM VOLCKMAR / Reipubl. Lipsiensis Senatorem & Mercatorem præcipuum: avum verò paternum Dn. NICOLAUM VOLCKMARUM, Urbis hujus, superiori tempore, consulem; laudatissimæ & ipsum memoriae virum, deq; Urbanâ Republ. suo tempore, meritisimum. Ex quâ familiâ honoratissimâ superest etiamnum hodie, frater piè defunctæ matronæ, Vir Amplissimus ac Consul-tissimus, Dn. HEINRICUS VOLCKMAR / Juris Utriusq; Doctor, Electoralis Dicastrii Ecclesiastici Assessor, & Curiae Elect. Supremæ, in hac Urbe, Advocatus spectatissimus. Mater piè defunctæ fuit, CATHARINA, Viri iridem Honoratissimi & Prudentissimi, Dn. NICOLAII RUFFINERS / quondam etiam Senatoris in hac Urbe, & Mercatoris primarii, filia; foemina similiter honestissima, & tùm laude pietatis, tùm aliarum virtutum multebrium ornamentis, inter Lipsenses Matronas, apprimè conspicua. Hi Parentes filiam, in Christo jam quiescentem, in veræ pietatis & earum virtutum, quæ sexum muliebrem ornare in primis solent, exercitiis atque studio diligentissimè educârunt; donec anno ætatis XVIII. Christi verò M. D. XCIV. die 19. Mens. Augusti, per nuptias solennes, in matrimonium collocata fuit prænominato Viro Honoratissimo, id temporis Jurium Candidato, quem nunc funeris sui Spectatorem post se reliquit moestissimum. Cum hoc vixit in sum-mâ animorum conjunctione ac vitâ conjugali suavissimâ, annos totos XXIV. & Menses fermè 4. Et in isto conjugio 7. Liberos ma-ter facta est, nempe filiorum quatuor, & trium filiarum; ex quibus filii quidem omnes, & duæ insuper filiae, ætate adhuc tenerâ, decesserunt ex vitâ; Una autem filia adhuc superstes est, Aviæ maternæ cognominis, CATHARINA; quam Parentes, in religiosæ pietatis studio honestifsimè educatam, Anno Christi M. DC. XII. in matrimonium dederunt, Amplissimo ac Consul-tissimo Viro, Dn. PAULO HELFRICH JOHANNES, id temporis Serenissimi Electoris Saxoniae, Tutorio nomine, Altenburgi Consiliario Aulico. Ex quo filiae conjugio jam sedecenni, svavi & tranquillo, Nepotes tres, & Neptes quinque, divinâ benedictione, superstes adhuc omnes, & in decus atq; ornamentum Patrii & aviti nominis cum laude crescentes, non sine singulati voluptate, piè defuncta hætenus asperxit. Quia autem defunctis Parentibus, nostra in Christo *μακαρίτις*, duas adhuc Sorores habuit, nondum elocatas; & insuper fratris germani, Dn. NICOLAII VOLCKMARI, Negotiatoris quoque